



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 17. Crammerus, Ridlejus, & Latimerus, tanquam hæretici anathemate  
perculti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI** habebatur, fides ipsis data fuisset vio-  
**A.C. 1554.** lata, eoquod probatores ipsorum Theo-  
logi in custodia fuissent detenti: ceteri  
vero continuo in proponendis suis ar-  
gumentis interpellati, hinc ut eorum  
querelis satisficeret, fancitum, ut dila-  
tis Cleri Sessionibus, aliqui præcipue  
Oxonium mitterentur, qui ibidem præ-  
sente Universitate rursus circa quæstio-  
nes controversas disceptarent: insuper  
Regina, ut Cranmero, Ridlejo, &  
Latimero libera esset pro reformatis per-  
orandi copia, eos ex Londinensi turri  
ad Oxonienses carceres transferri præ-  
cepit; hi enim primi duo inter suos  
doctrina eminere dicebantur. Advene-  
rant pariter Oxonium Mense Mayo ad  
medium vergente Clericorum Deputati,  
quos inter princeps erat Westonus in-  
ferioris Curiæ hanc in rem convocatæ  
Præses, sequenti vero hebdomada tri-  
duanæ disputationi dabatur initium,  
propositis iisdem quæstionibus, quæ  
jam antea Londini fuere agitatæ, ni-  
mirum de reali præsentia, Transubstan-  
tiatione, necnon de propitiatorio Missæ  
Sacrificio pro vivis, ac defunctis.

## §. XVII.

*Cranmerus, Ridlejus, & Latimerus,*  
*tanquam hæretici anathe-*  
*mate perculti.*

Prima



Prima habiti conventus die, quæ de-Sæcul. XVI.  
 cima sexta Maji erat, Cranmerus A.C. 1554.  
 in publico confessu comparuit, ac præ-  
 primis a Præside admonitus, ut ad Burnet l. c.  
 Catholicæ fidei unitatem rediret, quæ- p. 421.  
 stiones sibi propositas excepit: Westo-  
 nus vero illas prolixiori sermone ex-  
 plicans primo dogma de præsentia rea-  
 li, ac transubstantiatione proposuit, &  
 utrumque fidei articulum per ipsa in-  
 stitutæ Eucharistiæ verba comprobatum  
 reddidit. Dein alii Cranmero traditio-  
 nem, & a primis sæculis universalem  
 Ecclesiæ consensum opponebant, quo-  
 rum tamen argumenta ipse eludere  
 nitebatur Sanctorum Patrum testimo-  
 niis, quæ Protestantes pro more suo  
 ad perversum, ac Ecclesiæ menti om-  
 nino adversum sensum detorquent. Al-  
 tera die producebatur Ridlejus, qui  
 præ ceteris rationes extollebat, qui-  
 bus se ad amplectendos adulterinæ  
 reformationis errores permotum ajebat,  
 & postea juxta sua principia Præsen-  
 tiæ realem impugnare aggredieba-  
 tur: mox vero a Smitho interpellatus  
 ea, quæ ipsi objiciebantur, diluere  
 conabatur, unde disputatio longius pro-  
 trahebatur, donec tandem Westonus  
 horum Sectariorum nugas pertæsus ipsis  
 silentium imponeret, eoquod hic hæ-  
 reticus nil nisi vehementem verborum

Hist. Eccles. Tom. XLII.

C con-

**Sæcul. XVI.** contentionem præseferret, nullo autem  
**A. C. 1554.** rationum pondere quæstionem compro-  
 baret. Denique tertia die Latimerus  
 fatebatur, quod per viginti annorum  
 decursum latini sermonis pene oblitus  
 in arenam descendere non auderet, sed  
 contentus esset, ut jam, quid sen-  
 tiret, sine ambagibus exponere posset,  
 quod & paucis admodum verbis præ-  
 stitit. Vespere autem omnes hi tres  
 ad Ecclesiam deducebantur, ubi eisdem  
 fuit declaratum, quod de erroribus con-  
 victi dogmata ab universo Clero re-  
 cepta & ipfi suo chirographo firmare  
 teneantur: illis vero id renuentibus,  
 non modo tanquam hæretici, ac hæ-  
 reticorum fautores fuerunt damnati,  
 sed etiam excommunicati, atque a fi-  
 delium cœtu segregati declarabantur.  
 Postea hujus colloquii Acta a Scribis  
 publicis fuere in unum collecta.

### §. XVIII.

*Papæ Nuntius ad Carolum V. de-  
 cretus in causa Matrimonii  
 Reginam inter, & Phi-  
 lippum.*

**H**is interea circa Religionem in An-  
 glia gestis Philippus Londinum pro-  
 fici sci parabat; prius tamen summus  
 Pontifex Mozzarelum ex Fratrum Præ-  
 dicatorum Ordine Nuntium ad Cæsa-  
 rem